



*Luna* plusquam trecenties septuagies,

*Mars* quartum à Centro locum occupat, qui cum Saturni motu collatus, quindecies cursum in Orbita suâ absolvit.

Penextimus *Orbis* est *Jovis*, qui bis cum semisse, intra spacium quod Saturnus semel perficit, revolvi-  
tur.

Extremus & à Sole remotissimus *Orbis Saturni* est, ad cujus unam revolutionem omnes interiores propor-  
tionati spatia sua peragrant.

Sphæra insuper cujusvis Planetæ, præter Tellu-  
rem, includit alios duos annulos normaliter sibi jun-  
ctos, pro latitudinibus eorundem investigandis, seor-  
sim convertibiles, unum per axem Zodiaci transeun-  
tem, pro deferente nodos, alterum Zodiaco parallelum  
qui limites extremos, boreal: & austr. denotat.

Omnes hos annulos unâ in Orbem mobiles, ambit  
Sphæra armillaris immobilis, circulis suis adornata, Zo-  
diaco nempe, Æquatore, Tropicis, Polari arctico & ant-  
arctico, Coluris, Arcubus dodecatemiorum, Excur-  
sum Circulis &c. Singulis cujusq; Sphærae annulis  
inscripta sunt hæc:

Annulo Mercurii exteriori:

*Orbis Mercurii* revolvitur spatium octoginta dierum;  
interiori per axem transeunti:

*Motus annuus Nodorum ac Limitum* §. S. S. S.

|   |    |     |    |     |     |
|---|----|-----|----|-----|-----|
| I | II | III | IV | V   | VI  |
| 3 | 25 | 11. | 7. | 55. | 50. |

Inte-